



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

96. An Pontifex sine causa possit dissolvere vinculum matrimonij rati? Et notatur, quod posita gravi causa Pontifex non necessario requirat consensum partium ad dissolvendum matrimonium, sed id ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)



libetur, existimat, absolute loquendo, non esse verum; quia nec ratione fundari potest, nec inductione probari. Nam Episcopus cum suis subditis nequit dispensare in gradibus prohibitis ad contrahendum matrimonium, quia licet non sit illi expresse prohibendum, non est tamen expresse concessum. Potuit etiam Papa irritare clandestina matrimonium, quod sine dubio non potuisset Episcopus in suo Episcopatu. Potest etiam Papa personas reddere inhabiles ad matrimonium ratione delicti, quod nullus concedit Episcopus in suis Diocesis. Denique licet concedit Episcopus in suis Diocesis Summi Pontifici iurisdictionem censuram ita est propria Summi Pontificis, ut ab Episcopis in suis Diocesis propria auctoritate fieri non possit, non quia sit illis prohibita, nulli enim talis prohibitio inuenitur, sed quia non est concessum.

6. Sed circa presentem questionem vide ea, quae diximus in tractatu de potestate Pontificis circa Sacramenta, ubi etiam responsum est ad tertium argumentum superius adductum. Et si denuo obibis. 7. *Primo*, quod *Matth. 19.* dicitur: *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet*, ergo nullus homo, quantumvis Summus Pontifex, potest matrimonium, quantumvis nondum consummatum, dissolvere. Et ratione probari potest.

8. *Primo*, quia matrimonium, etiam nondum consummatum, est Sacramentum significans unionem Christi cum Ecclesia; ergo sicut unio Christi cum Ecclesia nequit absolui, neque Pontifex poterit dissolvere matrimonium, quantumvis tantum ratum.

9. *Secundo*, quia alias Princeps Gentilis posset dissolvere matrimonium rata suorum subditorum, quia non habet minorem auctoritatem circa contractus civiles, & profanos suorum, qualis est contractus matrimonij eorum, quam Pontifex circa contractum matrimonij sacrorum baptizatorum; quia Princeps Gentilis etiam habet supremam auctoritatem in suos.

10. Sed ad haec argumenta facilius responderetur.

Ad primum igitur dico, testimonium *Matth. 19.* adductum, tantum intelligitur de matrimonio consummato, ut constat ex contextu, & ait Alexander III. in *cap. 7. de conversione coniugatorum*. Et ad primum rationem respondemus, matrimonium ratum defectu coniunctionis corporum, qua coniuges sunt una caro, non significat unionem Christi cum Ecclesia factam media incarnatione, quam consummatum significat; ratione tamen coniunctionis animorum pertinentis ad ipsum matrimonium ratum, quod quodammodo est indissolubile, nempe a Pontifice potestate ordinata; & quodammodo est indissolubile, nempe potestate extraordinaria Pontificis, congruenter fuisse assumptum ad significandam unionem Christi cum Ecclesia media charitate factam, quae est indissolubilis quoad Ecclesiam semper sanctam, & dissolubilis, quoad membra particularia.

11. Ad secundum respondeo, Principem Gentilem non posse dissolvere matrimonium, adhuc tantum ratum; suorum subditorum: quia non habet potestatem pecuniariam ad id a Deo, sed tantum habet ordinariam superioris humani, quia neque Pontifex potest.

12. Unde pro superius dictis, notandum est, dissolutionem matrimonij rati baptizatorum, non fieri a Pontifice auctoritate generali superioris humani, sed quasi supernaturali, ut gerente vice Dei peculiari, & extraordinaria potestate, superaddita potestati humanae. Moveror, quia ut probatum est supra, indissolubilitas matrimonij etiam rati, provenit ex ipsa institutione divina, qua Deus illud decrevit, nec hominibus aliter concessit facultatem transferendi dominij visus corporis, nisi per indissolubile vinculum;

vnde praedicta matrimonij insolubilitas ex iure diuino positio; ergo nequit Pontifex eam dissolvere potestate ordinaria superioris humani; sed extraordinaria, qualem etiam habet ad dissolucendam professionem solemnem.

RESOL. XCVI

An Pontifex, sine causa possit dissolvere vinculum matrimonij rati.

Et notatur, quod posita gravi causa Pontifex non necessario requirat consensum partium ad dissolucendum matrimonium, sed id possit, etiam eis inuitis, quamvis non expediat.

Et an Pontifex possit legem ferre, ut matrimonium ratum per subsequens consummationem dissolvatur.

Et notatur, quod matrimonia seorsata, seu consummata infidelium non baptizatorum, non potest Pontifex sua Pontificia potestate dispensando solvere: Et an sit circa hoc alia ratio Haereticorum.

Et quid si Pontifex habeat supremam iurisdictionem temporalem in quosdam infideles? Ex part. 8. tr. 1. Res. 63.

§. 1. Affirmatiue respondent, qui censent insolubilitatem matrimonij rati, orti ex solo humano iure: quamvis enim Princeps peccet dispensans sine causa in sua lege, dispensatio tamen est valida, ut communiter Doctores. Verum ex eo capite nullo modo videtur probabile Pontificem posse absque causa tollere vinculum matrimonij rati, quia est omnino improbabile, quod insolubilitas matrimonij rati oriatur ex solo iure humano.

2. Alij ergo omnino verius censent requiri iustam causam, non tantum ut licite fiat, sed etiam ut valide; cum enim vinculum matrimonij etiam rati, ut minimum ex iure diuino sit insolubile, & proinde Pontifex non possit illud propria auctoritate solvere, sed solum vicaria; nullo autem modo sit verisimile Deum dedisse potestatem suo Vicario pro arbitrio valide matrimonium soluendi, omnino verius est requiri iustam causam ad valorem dispensationis in voto, vel iuramento. Confirmatur; talis potestas non posset ceteri cedere in bonum Ecclesiae, & adificationem animarum, sed cederet in maximum detrimentum, ut cuius facile patere potest. Verius ergo est Pontifici non esse ita illimitate potestatem concessam, sed ex gravi causa saltem prudenter existimata. Non tamen videtur exigi certi generis, sed existimo omnem eam sufficere, quam pro qualitate tam grauis negotij prudentes iudicant sufficientem.

3. Vnde sufficit si ex permanentia in matrimonio grauis perturbatio in Regno, vel Republica merito timeatur, ita ut pax eius turbetur, & dissidia intestina oriantur propter huiusmodi coniunctionem, quae sit sopienda per dissolutionem matrimonij. Iusta enim causa ceteri potest, si eadem dissidia inter magnates, & primarias familias alicuius Reipublicae oriantur ex aliquo matrimonio, cum harum familiarum dissidia communiter cedant in grauem Reipublicae perniciem. Magna inaequalitas contrahentium potest iustam causam suppeditare ad dissolucendum matrimonium, cum ex huiusmodi coniunctionibus valde infelices exitus in matrimonio sequantur; denique quaelibet grauis causa, quae iudicio prudentum ceteri possit proportionata dissolutioni matrimonij. Vbi notandum quod posita graui causa Pontifex non necessario requirat consensum partium ad matrimonium dissolucendum, sed id possit etiam eis inuitis, quamvis non expediat. Et haec omnia docet Praepositus in 3. parti. D. Thome. quest. 5. de insolubilitate

Sup. hoc supra in Res. 94. Et tandem cursum post mediu verif. Et etia

ANNAE  
OMNIA  
VOL. III. IV. V  
E. III



posse, & infra in hac ipsa met. Ref. §. Notandum est tamen hic primo.

bilitate matrimonij, dub. 8. n. 62. cui adde Tannerum tom. 4. disp. 8. q. 5. dub. 4. n. 68. Sed non deseram etiam hic apponere verba Hurtadii disp. 8. de matrim. diff. 3. n. 12. sic asserentis. Adsumus tamen; dissolutionem matrimonij rati baptizatorum non fieri à Pontifice auctoritate generali superioris humani, sed vt gerente vicem Dei, peculiari, & extraordinaria potestate superaddita potestati ordinariae; qua non potest separare, quod Deus coniunxit. Et quia Pontifex id non efficit potestate ordinaria superioris humani, sed extraordinaria, credimus, vt optimè Sancius, & plures alij, dissolutionem matrimonij rati absque rationabili causa factam, non solum esse illicitam, qualis etiam esset, si potestate ordinaria fieret absque causa, sed etiam inualidam, quia credendum non est, eam potestatem extraordinariam accepisse Pontificem ad id valide faciendum pro solo arbitrio absque causa. Ita ille, cui adde Baumium tom. 1. Theolog. moral. tract. 12. de impedim. matrim. q. 5.

Sup. causis & contento in hoc §. in Ref. leg. §. Sed his, & §. Nam.

5. Et tandem ex Sanchez Ochagavia tract. 2. de sacrament. Matrim. essentia, q. 5. n. 5. adducit etiam causas, ex quibus tantibus potest Pontifex dispensare in matrimonio rato, & non consummato: ait enim, quod iusta aliqua causa sunt. Prima est notabilis in qualitate disparitas. Secunda est, quando magnum scandalum timetur, & magna rixae inter sponfos, aut consanguineos eorum oriri possunt. Tertia est lepra, aut alius grauis morbus superueniens, ratione cuius nunquam possit sponfus ad sponsam accedere. Quarta impotentia superueniens matrimonio rato. Quinta est, vt vir maxime conueniens bono communi efficiatur Episcopus.

Sup. hoc supra in §. Vnde, huius Res. prop. finem a vers. Vbi notandum, & in alio §. eius annot.

6. Notandum est tamen hic primo, quod iusta existente causa dispensare potest Pontifex in matrimonio rato absque mutuo consensu coniugum. Ratio est, quia potestas haec dispensandi non in gratiam ac bonum praecipue priuatum ipsorum coniugum, sed in primis ipsius Ecclesiae necessum est.

Et Sup. contento in hoc §. Notandum secundo supra in Ref. 94. §. Et tunc de post mediu, vers. Et etiam posse & infra in Ref. leg. §. sed hic.

7. Notandum secundo, Pontificem posse legem ferre, vt matrimonium ratum per subsequens consummatum dissoluatur licet id olim in Ecclesia factum fuisse, atque ita etiam futurum esse, nisi obtineret cap. licet, de sponsa duorum, dixerit Medina: quem bene refellit Sanchez. Certè in cap. licet, citi. significat quidem Alexander III. aliquando à suis quibusdam praedecessoribus ita fuisse iudicatum, dirimi matrimonium ratum per subsequens consummatum. Sed particulare id iudicium non habebat vim, seu rationem canonis vniuersalis, sed solum cuiusdam decisionis in lite particulari, adeoque proprie non tam ius, quam factum concernebat.

8. Notandum tertio. Matrimonia seu rata, seu consummata infidelium non baptizatorum, non potest Pontifex sua potestate dispensando soluere. Videtur communis Doctotum sententia, qui solum de matrimonio rato Christianorum loquuntur. Ratio est; quia dispensatio, cum sit vsus quidam iurisdictionis, non habet locum nisi in superiore erga subditos: atqui verò Pontificia potestati, & iurisdictioni non subiciuntur infideles Ethnici, iuxta Apostolum 1. Corinth. 5. vers. 12. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare? Alia ratio est haereticorum, qui cum baptizati sint, Pontificia, & Ecclesiastica potestati omnino subiciuntur.

9. Dixi verò, Pontificia potestate, quia si Pontifex habeat supremam iurisdictionem temporalem in quosdam infideles, tunc probabiliter, vt alij supra domini temporales, ad quos eiusmodi infidelium causae temporales, vt pote merè politicae, pertinent, poterit eiusmodi matrimonia infidelium rata, non consummata, ex causa rationabili soluere: cum, vti

Supra dictum est, ipsa ratio naturalis suadeat, talent potestatem supremo Principi cuiusque communitatis conuenire, respectu eorum matrimoniorum, quae ipsius aequi potestati iudicanda incumbunt.

RESOL. XCVII.

An Pontifex possit dissoluere matrimonium ratum, & non consummatum solum inter magnos Principes?

Et explanantur, causae dispensandi in matrimonio rato.

Et an Pontifex lege vniuersali statuere possit, vt matrimonium ratum dissoluatur per subsequens matrimonium consummatum? Ex part. 8. tract. 1. Ref. 65.

§. 1. Affirmatiue respondet Basilius Pontius de matrimon. lib. 9. c. 3. n. 14. Et ratio est, quia obligatio status monastici apud Deum non maior est, ac strictior, quam cuiuslibet alterius voti simplicis; & tamen cum Pontifex quotidie dispense in votis simplicibus, status monastico nullum liberat, nisi alicuius regni deficiat haeres, quia matrimonium quoddam spirituale, cui se etiam tradidit, contractum est. Et tamen saepe ex non dissoluto statu monastico graues rixae, inimicitiae, infelices exitus, fornicationis pericula, amicus auersus ab institutis Regularibus sine probabili correctionis spe, defectus consensus, quem vt praesent, induci non possunt, morbi contagiosi superuenientes, quibus redduntur inhabiles ad obsequia praestanda Religioni, cui se traditionis contractu obligauerunt, mutus etiam Religiosis, & Religiosi consensus. Quod si nulla istarum causarum idonea censetur ad dispensandum in obligatione status monastici, in matrimonio vineulo iure saltem diuino insolubili, & ex cuius dissolutione maiora possunt incommoda sequi, quam ex dissolutione status monastici, adeo leues causae sufficient.

2. Sed his non obstantibus, contrarium dicendum videtur, ex causis, quas afferunt Doctores, posse Pontificem dissoluere matrimonium ratum; vnde Baum. in Theolog. moral. tom. 1. tract. 12. de impedim. matrim. q. 5. sic ait. Causae dispensandi in matrimonio rato sunt haec. Prima, notabilis in qualitate disparitas, quae est inuicem amicitiae, concordiaeque, ad quam matrimonium ordinatur aduersa, vt quam maxime. Secunda, si lepra superueniens, amorem vtiuisque erga se inuicem immipuat, cum enim non alius sit matrimonij terminus, quam vitae, incredibile est à Deo Pontifici ius negatum leuandae esse dissolutione matrimonij tanta molestita, quanta angustia coniuges in vita est necesse, quorum in se mutuo nullus est amor. Causa tertia est, timor scandalum, vt si rixarum inter consanguineos coniugum, aut ipsorum, ob disparitatem amorum in genere, stirpe, & opibus periculum immineret. Quarta est, defectus voluntatis contrahendi in alterutro, ipsius maxime testimonio, qui non consentit, nec induci ad consentiendum potest. Ita ille, & ante illum Sanchez lib. 8. disp. 16.

3. Vnde ad propositam quaestionem contra Pontium negatiuam sententiam tenet Perez de matrimon. disp. 20. sect. 7. num. 11. putans, nimis rigidum esse, asserere, non esse dispensandum à Papa in dissolutione matrimonij rati, nisi cum magnis Principibus, & vbi alicuius regni iactura imminet Moueor, tum ex ipso vsu, nam, vt docent viri graues, dispensarunt de facto Pontifices cum alijs viris, qui non erant magni Principes, nec imminet regni alicuius iactura. Vfus autem, & consuetudo multum valet

Sup. his causis, & contento in hoc §. Ex Ref. praeterita, leg. §. Et tandem.

hac